



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

358. Mathias in numerum Apostolorum adsciscitur.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

I. IN diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum, dixit: (erat autem turba hominum simul, ferè centum viginti) Viri fratres, oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus per os David de Iuda. *Act. 1. v. 15. 16.*

II. Scriptum est enim in libro Psalmorum: Fiat commoratio eorum deserta, & non sit qui inhabitet in ea: & episcopatum ejus accipiat alter. *Actor. 1. v. 20.*

III. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit & exivit inter nos Dominus Iesus, incipiens à baptismo Ioannis usque in diem, quâ assumptus est à nobis, testem resurrectionis ejus nobiscum fieri unum ex istis. *Actor. 1. v. 21. 22.*

MEDITATIO CCCLVIII.

Mathias in numerum Apostolorum adsciscitur.

I. ET statuerunt duos, Ioseph, qui vocabatur Barfabas, qui cognominatus est Iustus, & Mathiam. *Actor. 1. v. 23.*

II. Et orantes dixerunt: Tu Domine, qui corda nôsti omnium, ostende, quem elegeris ex his duobus unum, accipere locum

mi-

326 GLORIA IESV

ministerij hujus, & Apostolarum, de quo prævaricatus est Iudas, ut abiret in locum suum. *Act. 1. v. 24. & 25.*

III. Et dederunt sortes eis, & cecidit fors super Mathiam, & annumeratus est cum undecim Apostolis. *Act. 1. v. 26.*

MEDITATIO CCCLIX.

Spiritus sanctus effunditur super Apostolos, & loquuntur varijs linguis.

I. **C**um complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco: & factus est repente de cælo sonus, tamquam advenientis Spiritus vehementis, & replevit rotam domum, ubi erant sedentes. *Actor. 2. v. 1. & 2.*

II. Et apparuerunt illis dispersitæ linguæ tamquam ignis, seditque supra singulos eorum. *Actor. 2. v. 3.*

III. Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. *Act. 2. vers. 4.*

ME-